cessitate dīc. ad vocalē vō orationē seu cuz cā
tu nō tenet qd ex p̄cepto diuino. sed ex statuto
ecclie. q̄ missas et horas canonicas indixit mi
nistris ecclie. v̄l ex iniunctiōe p̄fessoris p̄ satisfi
ctione p̄nē p̄cordat **tho. i. iiii. dif. xv.** Et dicit
Hol. vbi s̄. Qd oīo cadit s̄ p̄cepto determinā
te qdē q̄tum ad mīstros ecclie. q̄ ad horas ca
nonicas obligāt. qz fm **Uulh.** Idcirco a laic
dati sūt reddit? clericū. vt in officio ip̄as vices
suppleāt laicoz. et ideo bñficiati tenent ad ho
ras nō solū ex statuto ecclie s3 etiā ex obliga
tione iusticie. Et qz ordinē sacz nullus dz p̄fer
re nisi bñficiato. vel ei q̄ ad suū patrimoniu lo
co eccliaistico reddituum voluerit ordinari.
ex de p̄bē. **Sp̄s. et c.** cuz scdm. ideo qlibet bñs
ordinē sacru tenet ad horas canonicas. quia
ecclia ordinādo ipm intēdit eūz ad ministeriū
obligari. Et ex hoc seq̄tur. qz omnis ordinat?
ordinibus maiorib? tenetur ad horas etiam si
bñficiū non hz. ex quo recepit ordines et po
testatē sp̄uales. tenet etiā ex sp̄uali deo fūire et
ministrare. hoc aut facit dīcēdo horas nisi ha
buerit legitimū impedimētū puta p̄pter defe
ctū visus vel infirmitatē vel paupertatē. qz libo
caret. recompēset tñ p̄ equalēs p̄ psalmos vel
orōnez dñica Et si nullū ipedimētū hūerit pec
cat mortalē si obmiserit horas canonicas vt
dicit **Innoc.** in extra. de cele. mis. c. Dolentes

Et addit p̄sbyr diacon⁹ vel s̄b diacon⁹ v̄l q̄cūq; b̄nificiat⁹ tenet dicere horas canonicas. Et d̄r b̄nificiat⁹ fm aliquos q̄n cūz effectu p̄cipere p̄t fruct⁹ b̄nificiorū suorū i toto vel i pte. Scōz v̄o alios itelligit q̄n ius h̄z repetēdi. hec Innoç. Accordat etiā henric⁹ de gādauo i quodlibeto. q̄ tales tenet dicere alias peccāt mortaliē obmittēdo. nisi rōne infirmitat̄ v̄l alteri⁹ cause legitime impediti. q̄ in. c. dolētes. districte p̄cipit. cū d̄r. districte p̄cipim⁹ i v̄tute obediētie vt diuinū officiū nocturnū parit̄ z diurnūz q̄tū d̄ns eis dederit studiose z deuote celebrēt p̄ceptū aut obligat ad mortale. S̄z. d. v̄tz clerici tenet horas dicere deuote. ad hoc dicunt doc. deuotio duplici p̄t itelligi. Uno mō suauitas mētis eleuate i deū p cognitionē z feruētem dilectionē. z hāc generat charitas vel donū sapie. z hec ē rara. Alia d̄r habitual relatio boni opis i deū. vt cūz q̄s faciēs aliqd bonum p̄siderat vt illd faciat. p̄p̄t deū. Tercio d̄r habitualis relatio i deū. vt cū q̄s nō cogitās d̄ deo facit aliqd bonū. req̄sit tñ q̄re hoc faceret. diceret q̄ p̄p̄t deū. Prima deuotio ē p̄fectiōis scōdā ē p̄gruitatis. tertia ē necessitatis. vñ q̄ tenent horas dicere tenet eas dicere deuote. saltem loquēdo de tertia deuotiōe. z sic itelligi p̄t li deuote in. c. dolētes. S̄z clerici i sacris ordinib⁹ b̄nificiati siue nō b̄nificiati tenent ad horas canonicas determinate. Q̄s tñ laici tenēt tu rad orandū indeterminate. q̄ ois hō tenet suā salutē p̄curare qd sine orōne adulto nō cōcedit. z iō orare vocalit̄ vel mētaliter ē de iure nature. z reduc̄t ad tertiū p̄ceptū p̄me tabule Memēto vt diē sabbati sc̄ifices. Ap̄s v̄o orādi instituit laici ex statutis canonū. diēb⁹ festiuis q̄n tenent diuinis officiis interesse vt ministris p̄p̄lo orātib⁹ suā itētiōē p̄firmēt. vt dicit Tho. in. iiii. dis. xv. Et quia ōo ē scala n̄re ascēsiōis. sc̄utū n̄re defensionis. nunci⁹ n̄re legatiōis. z reddit⁹ n̄re s̄biectiōis. Idcirco d̄ns hortat̄ h̄ ad oratiōez. cū diē. petite. S̄z h̄ q̄rit vbi sit orāduz. ad hoc dicūt doc. q̄ vbiq; orādū ē cū vbiq; fiūt picula. z vbiq; dei indigem⁹ auxilio. p̄p̄t qd dicit ap̄ls. j. Tūo. ii. Volo ḡ viros orare in oī loco leuantes puras manus Spūaliter tñ loc⁹ idone⁹ ad orandū ē loc⁹ sacerat⁹. q̄ diē. iud. de sū. ho. Oratio puat̄ loc⁹ oportuni⁹ d̄r. iō dicit d̄ns Mat. vi. Tu aut cū oraueris itra i cubiculum tuū. et clauso hostio ora patrē tuū. z hoc qd x̄ps de loco orōnis docuit exēplo z ope oñdit. Nā Mat. xiiii. habet q̄ ipe dimissa turba ascēdit i montē sol⁹ orare Et Març. j. d̄r q̄ abiit i desertū locū ibiq; orabat. Et Luc. xxi. Auulsus ē a discipulis q̄tūz ē iact⁹ lapidis z positis genib⁹ orauit. S̄z ma-

gis sp̄alis loc⁹ z idone⁹ ad orādū est templūz materiale dedicatū. It̄ illud Esa. lvi. Mat. xxi. Dom⁹ mea dom⁹ oratiōis vocabit̄. Et. ii. Paral. vii. Oculi mei erūt aperti z aures mee erecte ad orationē ei⁹ q̄ orauerit i loco isto. ele gi enī z sanctificaui locū istum vt sit ibi nomen meū i sempiternū. S̄z diceret aliquis q̄ z quot sunt impedimenta orationis. responde q̄ sunt multa. Primū ē p̄ctm̄ orantis. Esa. j. Q̄ multiplicaueritis orationes vestras non exaudia. manus enī vestre sunt plene sanguine. vbi per sanguinem itelligit p̄ctm̄. Uersus. Sanguis peccatum sanguis quoq; dicit̄ humor. Et Esa. lix. Peccata vestra absconderunt faciem eius a vob ne exaudiret. Et Thren. iij. Nos inique egimus z ad iracundiaz puocauimus. idcirco tu inexorabilis es. Secundum est orantis dubietas. quia de dubio dicit̄ Jac. j. Non estimet ergo homo ille q̄ accipiet aliqd a domino Nā Bern. dicit. indignus celesti benedictione conuincitur qui deū querit dubio affectu. Ideo cōsulit Jac. j. Postulat i fide nihil hesitās. Tertium qd impedit est indignitas. iō dicit hier. vii. z. ix. domin⁹. noli orare p̄ populo isto nec assumas p̄ eis orationē. quia non exaudiaz te. Et hier. xv. Si steterit moyses z samuel corā me nō ē aia mea ad pplm̄ istū. In vitaspa. etiā legit̄. Quidā frater patiebat molestiā a sp̄itu fornicatiōis. z abiit sepe ad seniozē vt p̄ se oraret. Quq; frequēs ōo senioris non mutaret. d̄ns nocte oñdit seniozi negligētiā frat̄ esse in cā q̄re non exaudiret. vidit senioz monachum sedētē z sp̄itū fornicatiōis i diuersis formis mulierū ludētē apud ipm̄ cū eisq; delectari. vidit etiā angelū d̄ni astātē z ḡuiter p̄tra eundez frat̄ indignatum. q̄ nō surgebat. nec sternebat se in orationib⁹ ante deū. s̄z magis delectabatur i cogitationibus suis. Cognouit ḡ senioz culpam frat̄is eē q̄ ipse non exaudiebatur p̄ eo. Et dixit fratri. impossibile ē a te discedere sp̄m̄ fornicatiōis alijs pro te orātib⁹. nisi tuipe laborē assumas. ieiunijs. orationib⁹ z vigilijs orās d̄nm cū gemitu. Audiēs frater fmones seniozis cōpūct⁹ ē corde et p̄ afflictionem corp̄is meruit mīaz dei. Ad qd idē refert̄ qd legit̄ ibidē q̄ qdam frater dixit beato anthonio Ora p̄ me pater. ad qd dixit anthoni⁹ ego nec tui miserior nec de⁹ nisi p̄ teipso sollicit⁹ sis in orationibus. Qui p̄ seipsis nolunt orare similes sunt cuidam quadrigario cui⁹ qdriga cum cecidisset et ipe sedens in luto a transeuntibus petijt adiutorium. Quidam nobilis manum extendēs vt ipm̄ iuuaret. S̄z cūz miser nec vellet surgere. nec ad qdrigam leuandā manū attingere. sed differebat recessit nobilis indignans

impedimento

Dominica quinta post pasce

quidam orare p.
cap.

dicēs. **Ex** quo tu miser nō iuuas te nec ego cu
ro de te. **Moraliter** iste q̄drigari⁹ ē q̄libet hō
ex aīa ⁊ corpore cōpositus. cui⁹ q̄driga ē corp⁹
ex q̄ttuor elemētis cōpositū tāq̄ q̄ttuor rotis
⁊ hoc interdū cadit in lutū peccati luxurie vel
gule. **Qd** vidēs spūs petit vt alij p eo orent. ⁊
euz subleuent. sed qz nec p se orat. **Nobilis** ille
homo xp̄s q̄ abiit in regionē lōginquā accipe
re sibi regnū q̄uis alias sibi apponeret manū
sui auxiliij. auxiliū subtrahit et ipm iacere in
luto peccati permittit. **Quia** fm **Aug.** Qui te
creauit sine te. nō te iustificabit sine te. **Quar**
tū est desiderij puitas. de quo dicit **Aug.** Ser
uat tibi de⁹ quod non vult cito dare vt discas
magna magis desiderare. **Quātū** ad scdm ar
ticulū subiūgit fiducia exauditionis euz dicit.
⁊ accipietis. vbi nota hec fiducia datur nobis
ex tribus. **Primo** ex dei ad nos pia dignatiōe
q̄ maxime relucet ex hoc q̄ ipse incitat ad orā
dum. ⁊ si dare vel exaudire nollet nullo modo
ad petendū incitaret. dicit enim in p̄nti euāge
lio. **Si** quid petieritis patrē in noīe meo dabit
vobis. **Et** iterz. **Petite ⁊ accipietis.** **Secundo**
hec pia dignatio relucet ex hoc videlz quia in
oratione p̄cessit se patrē nominādū. **Mat. vj.**
Sic orabit. **Pater** noster qui es in celis. vult
ḡa nobis orari tanq̄ pater a filijs q̄ ē maxie
dignationis. de quo **Aug.** in ser. domini i mō
te. **Magna** inquit p̄sumptio data est. qz p̄us q̄
aliqd petimus tam magnū donū recipim⁹ vt
dicere pater noster audeamus. **Quid** enī filijs
petentib⁹ nō dabit cū hoc aī dedit vt p̄f esset.
gratia eius minime hoc a nobis exigit. vt pa
ter noster sit. qd nullo sumptu comparari pōt
Sed sola bona volūtate. **Tertio** hec dignatio
ex hoc lucet q̄ deuote orātes extollit ad clari
ficandū. sicut hoc declarat de quodaz nobili.
Nam legitur q̄ erāt duo germani nobiles. sed
fide nobiliores. vidētes mltas mūdi fallacias
dixerunt. ecce pater noster magn⁹ fuit in auro
seruis ⁊ ancillis. ⁊ tū mortuus est. eam⁹ et ser
uiamus deo q̄ nobis hec dona cōfert. que non
deficiunt. et iuerunt ad quēdam abbatē q̄ san
ctus ab oībus dicebatur petētes ordinez. **Sz**
abbas fratrum vsus cōsilio indixit eis vt irent
ad heremū ⁊ ibi vno anno manerēt. victum de
operibus manū q̄rentes. volēs eos pbare si
in p̄posito vellēt pmanere qui humiliter iussa
exequentes ad locū sibi ostensū transferunt
post annum reduxit abbas ad memoriā ipso
rum petitionē. **Et** ait. vado ⁊ videbo si in p̄po
sito perdurauerunt. et dum iussit inuenit eos
i hortu laborātes. humiliter eosqz salutauit. et
deuote eum receperunt. et nocte illa ministra
bant ei de his que habebant. **Quia** autem cre

derent abbatem dormire surgunt et fm p̄sue
tudinē suam deuote orabant. **Et** post noctis
mediū vidit abbas seniore lucente tanq̄ solē
⁊ angelos descēdere ad eum et eleuare a terra
adeo alte vt vix possit euz abbas videre. **Ecce**
q̄ta dignatio dei erga deuote orātes extat vt
adhuc i terra positos claritate corporis glori
ficauit. **Sup** minore vō vidit multitudinē demo
nū descēdere i specie vermiū q̄ volebant in os
orantis itrare donec multitudinē demonū ef
fugauit. **Seniorem** aut angelī i locū p̄stinū re
posuerunt. ⁊ lux mox recessit. facto mane festi
nauerunt ambo ad cōfessionem ⁊ cognouit ab
bas q̄ senior deuicerat potēter tēptamēta de
monum ac ppter ipsi⁹ p̄tentionē eleuabat
a terra vt recrearet de auditu angelice armo
nie. **Iuuenis** vō adhuc nō deuicerat sed virili
ter resistebat. et accepit eos in p̄gregationem
qui deo seruientes multorum factores miracu
lorum existentes in domino quicuerunt. **Sed**
d. a. ex quo cōsurgit hec paterna dignatio dei
ad nos. dicunt doctores. qz cōsurgit ex affi
nitate nostre nature ad filium suum vnigenitū
quia caro ⁊ frater noster est. **Scn. xxxvij.** Qui
in q̄ postq̄ a mortuis resurrexit apparēs ma
rie magdalene dignat⁹ ē discipulos suos frēs
noīare et dicere. vade ad frēs meos et dic eis
ascēdo ad p̄rem meū ⁊ ad p̄rem v̄rm. deū meū
⁊ deum v̄rm. **Pl. xx.** **Accepta** ḡ hac fiducia
deo p̄ri audem⁹ dicere. **Pater** nr̄ q̄ es i celis.
vñ etiā ipse vnigenit⁹ docet nos orare patrē i
noīe ipsi⁹ dicens. **Si** qd petierit patrē in noīe
meo. hoc attēdēs sc̄tā m̄r ecclia oēs oratiōes
pcludit. p dñz n̄rm iesū xp̄m. vñ alias i noīe ei⁹
Secdo fiducia orōnis dat exorātis debita iten
tione. q̄ qdē intētio debet triplici esse modifica
ta circūstātia. videlicet vt sit pura cōcoris atqz
recta. **Primo** debet esse pura. dicunt enī natu
rales sapphyr⁹ maxie oriētalīs q̄ ē pur⁹ ⁊ plu
cidus sup oīa sordes oculorū purgat. **Iuxta** il
lud metriste. **Tollet** ex oculis sordes de frōte
dolorē. **Et** vt dicit **Permes** in honore exaltat
coraz rege ⁊ pncipibus gratificat. **Moraliter**
p sapphyrū oriētalē purum ⁊ perlucidū in
tellige orationem. que debet esse oriētalīs. qz
debet referri ad euz. **De** quo dicitur **Zach. vj.**
Ecce vir oriēs nomen eius. **Et** **Luc. j.** **Visita**
uit nos oriēns ex alto. vel debet esse de rebus
que semper oriuntur ⁊ nunq̄ moriūtur q̄tum
ad petendorū honestatē. **Item** debet esse pura
⁊ plucida. q̄ autē oratio fiat pura iuuant p̄nci
paliter duo. p̄mo tributio elemosynarū. **Luc.**
xj. **Date** elemosynā et oīa munda erūt vobis.
iō d̄r **Zob. xij.** **Bona** ē oratio cū ieiunio ⁊ ele
mosyna. **Sup** quo dicit **Isid.** **Qui** ieiunio corp⁹

suū macerat dū miserā assumit dei misericordiā puocat. et sic orationem iuuat et purificat. Et qz nō solū elemosyna. s; et ieiunū orationē purā reddit ideo statutū fuit. de cō. dis. iij. c. rogationes. qz ieiunādi sūt tres dies rogationūz aū dñi ascēsiōe. Et qre hoc qz ex ieiunio xpi fideliū oratiōes fierēt puriores et cito exaudibiliores. qz fm **Aug. in ser. iij. de oratione.** oratio pura celoz altitudinez penetrat. et vsqz ad p̄spectū diuine maiestati ascēdit. ideo beatus **Greg.** i colla. quā fecit romanis tpe pestis inguinarie dicit. Mutem? g corda et p̄sumamus nos iā p̄cepisse qd petim? cit? ad pietatē iudex flectit si a prauitate sua petitor corrigat. Sed dīceres. tñ nō ē ieiunandūz tpe pascali vsqz ad p̄tecosten. vt habet dis. lxxvj. c. ieiunū. s. nō aut. vbi dī a die resurrectionis vsqz i diē p̄t̄is. nō indicūt ieiunia. et qre tūc dictū ē qz tres dies rogationū sunt ieiunandi. ad hoc dicit glo. **Bartho. b. tri. de ieiunio.** qz h statuit nō p̄cipitur. s; suadet. naz tpe illo scz rogationū queqz prouincia abundat i suo sensu. vt dicit **Diero.** lxxvj. dis. c. vtiā. q. d. vbi ē consuetudo qz ille tres dies ieiunāt debēt hoies morem i ieiunio obseruare. s; vbi nō ē seruet volūtas ieiunātis. qz vt dicit **Quibel. in rationali diuinorum.** li. vj. qz hoc ieiunū nō est necessitatis. s; volūtatīs. videt tñ hoc esse necessariū vt p ieiunūz triū diez hō fieret purior. et oratio ei? exaudibilior a deo. ideo cōsonum ē et p̄gruum vt his dieb? hoies ieiunarēt. s; h icidit vna dubitatio ex quo p orationē et ieiunū et elemosynā satisfaciū? p offensis et peccatis. p̄cipue his tribus dieb? rogationū qz istaz est potior ad satisfactionē p peccatis ad mitigandū irā oīpotentis dei. ad hoc dixerūt aliq? qz oratio eēt efficacior. s; sanct? **Tho. i. iij. dis. xvij.** dicit qz elemosyna ē potior. qz icludit i se ieiunū et orationē. et hoc facit dupliciter. qz elemosyna hunc cui tribuit p̄stituit ad orādū. ieiunādū. et alioz bonoz opoz debitorē. etiā qz elemosyna p̄p̄t deū data ē q̄si qdā oblatio deo facta. Nā dicit **phs. iij. ethic.** Dona habent sile aliqd dijs sacratis. oblatio aut deo facta vim hz orationis idē etiā tenet **Robert? Hol. lec. ccij.** qz elemosyna p̄tinet i se vtutē tā orationis qz ieiunij. Et iō sic aīa itellectiua ē nobilior sensitiua et vegetatiua qz vtualitē p̄tinet. Ita elemosyna efficacior ē ad satisfaciendū qz ieiunū. vel oratio d natura sua ceteri parib?. Scdm qz iuuat puritatē oratiōis ē effusio lachrymar. qz lachryme lauant delictū. vt dicit **Abriso. de pe. di. j. mēsurā. s. lauāt lachryme.** Sed effusio lachrymar puenit ex p̄sideratiōe culpaz. **Aut illud iud.** p̄ctoꝝ redargutio merore gignit. luct? dō mē-

tē puriorē reddit. et sic valet ad hoc vt oīo exaudiat. iō dicit **Aug.** **Adā** tñ cubiculū corbis itus ē q exaudiet. Et sup illd p̄s. lxx. Iniqtatē si aspexi i corde meo nō exaudiet dñs. dīc glo. Puritas oratiōis auditur. Et nota qz hec pura oīo multa bona facit hoī. Primo purgat sordes iterioꝝ oīoꝝ. s. itellect? et affect? q̄tū ad puritatē. de q dīc **Bern.** admonendū ē q̄ta puritate cordis p̄t itēdere i euz cui sacrificium oratiōis offert seipm itēdere q offert. itelligereqz dī qd offert. q̄tū enī valet vidit vel itelligit illū cui offert tñ ei i affectu est. sic fm ligna silue exardescet ignis. **Acti. xxvij.** Sic fm diuersas meditatiōes d deo sequūt diuerse affectiones. Scdo oīo pura p̄firmat hoies i bono p̄stātē stabilitatē. sic p̄t d pura orōne anne vidue. q adeo p̄stās et stabilis facta fuit. q nō discedebat de tēplo ieiunij oratiōib? seruiēs deo die ac nocte. **Luc. ij.** Ita et pura oīo aploz rū adeo fecit eos stabiles qz erāt perseverātes vnanimiter i oratiōib? cū mulieribus. et maria matre iesu. **Act. j.** Et hoc trahē qz hoies q nō possunt i ecclesijs manere p vnā missā i oratiōib? qz oratio eoz nō ē pura nec deo accepta et hoc fit coopatione diaboli. Sic refert **Greg.** li. ij. dialogoz de quodā monacho q erat i ordine. sc̄ti **Bndicti** q n̄ potuit i oratiōe et choro p̄sistere. et multotiēs corrept? ab abbate se nō emēdauit. sed semp instabilis fuit. et de choro exiuit. Et ait abbas. nūqd videtis qz hūc monachū extrahit ab oratiōe? dixit g sanct? **Benedict?** abbati ponciano et mauro vt orarent deū vt eis reuelaret causam et impedimenta. et post bīduanas oratiōes vidit sanct? maur? abbas qz dict? monach? extrahēbat p fimbriam vēstimētī a quodam paruulo ethiope. et finita oratione cū sanctus **Benedictus** egredetur et vidisset dictū monachū ex oratoriū diuagari. p̄cussit eū virga. et ex tūc i choro māsit. Sic sunt aliq adhuc instabiles i oratiōib? qz non possunt manere i ecclesijs dñicis dieb?. s; vadunt ad tabernas agros et cāpos. cū tñ haberēt his dieb? p̄ncipaliter orare p sc̄tā matre ecclesia. p omniūqz xpianoz defectib? p̄tra quos beat? **Greg.** i colla. vbi s. Null? n̄m ad terrēna opa ad agros exeat null? qdlibet negociū agere p̄sumat q̄tin? ad sc̄tē dei genitricē ecclesiā pueniētes. qz simul oēs peccauim? simulqz oēs mala q gessim? deplorē. vt district? iudex dū culpas nos nostras penituisse considerat ip̄e a sentētia p̄posite damnatiōis parcat. Tercio oratio pura exaltat hoīem p desiderij sublimitatē. vt homo vna hora et momento sit in celo et in terra. p̄pter qd dīc **Greg.** magna v̄tus oratiōis q in terra fusa in celo operatur

Dominica quinta post pasce

Quarto gratificat eum apud summū regem et apud nobiles p̄ncipes. scz angelos et sanctos p̄ gr̄e amabilitatē. Sicut beatus Martinus moriens. spiritū ab oratiōe nō relaxabat grat⁹ et amabilis deo fact⁹ ē. Sic et beatus Iohes ī vtero matris sanctificatus. q̄ ex assiduitate orandi quā cōtraxerat in suis genubus. duriciā cameloz gratificatus est p̄ orationem. Quinto oratio purafacit pacem et concordia per amicitie familiaritatem. quia oratio figuratur per columbam quam emisit noe de arca. Gen. viij. que attulit ramū oliue virentē. Sup̄ quo dicit glo. Oratio ē columba. scz spūs sancti q̄ ramū obtulit oliue dum pacem hominib⁹ impetrat. Nam oratio vincit inimicos vt pacem habeāt ideo dicit beatus Aug⁹ in ser. ij. de oratione. Orationib⁹ liberamur non solum a vitijs sed etiam a penis eternis orationib⁹ n̄ri p̄sternuntur inimici. et fideles deo efficiuntur amici. orationibus vincuntur temptamēta diaboli et eterne beatitudinis dona acq̄runtur. per oratiōes oīa nobis vtilia tribuuntur. et cuncta nobis noxia p̄cul effugant. Secundo oratio debet esse concors. Nam intentio debet esse concors cū v̄bis. scz orationis vt cū quolibet v̄bo orationis sit p̄coris sensus orationis. vt dicit Hiero. de pse. dis. v. Nunq̄. ideo Ciprian⁹ dicit et ponit de pse. dis. j. c. qū. Quando orationi incubitur nequaq̄ tunc animus aliud cogitat q̄ illud solum quod precatur. Et Hugo de san. vi. sepe inq̄t oramus. et alibi corde intendim⁹. nec ip̄m quod dicimus recolimus. Sed illaz orationem deus non exaudit. cui ipse q̄ orat non attendit. Sed hic oritur dubitatio vtz in oratione vagatio mētis impediāt v̄tutem oratiōis anteq̄ puenit ad responsū q̄stionis. Sciendum q̄ homo raro v̄l nunq̄ potest orationes suas complere sine impedimēto et extranea cogitatione. Nam diabolus nullum opus t̄m conatur q̄tum deuotam orationem interrumpere. Nā legi⁹ q̄ beatus Bernardus quadam vice iumēto insidens cuidā rustico obuiāt. de cordis instabilitate in oratione p̄questus est. q̄ ille audiēs mox eū despexit. et in orationib⁹ cor firmum et stabile se habere dixit. volēs autem beatus Bernardus euz conuincere dixit. Sequestrare paulisper a nobis. et tota qua poteris intentione orationem dñicaz inchoa. quā eum sine aliqua cordis euagatione finire poteris iumentū meum sine dubitatione habebis. Tu autem in fide tua mihi spondeas. q̄ si aliquid ibidez cogitaueris. hoc mihi nullatenus celabis. letatur ille et quasi lucratus reputans audacter secessit. et seipm̄ recolligēs orationez dñicam dicere cepit. vix orationem dimidiā

expleuit. et ecce ip̄ortuna cogitatio. cordi suo se ingerit vtz sellam habere debeat euz iumēto. Quod ille aduertens cōcito ad Bernardū reuertens. et quid in oratione ip̄a cogitauerat indicauit. et de se vt p̄us temere non p̄sumpsit. His ḡ p̄missis d̄r ad dubitationem. Fin sanctuz Tho. ij. q. lxxxiij. Si quis ex p̄posito ī oratione mente euagetur. peccatum est et impedit orationis fructum. Et p̄tra hoc dicit Aug⁹ in regula. Psalmis et hymnis cū oretis deū. hoc verset in corde qd̄ p̄fertis ore. Euagatio v̄o q̄ fit p̄ter intentionem orationis fructum non tollit. Et hoc est qd̄ Basilius dicit in examerō. Si debilitatus a peccato fixe nequieris orare q̄tum potes teipm̄ exhibeas et deus ignoscet eo q̄ nō ex negligētia. sed ex fragilitate nō potes vt oportet assistere corā deo. Tercio intentio orationis debet eē recta. et hoc tunc fit qn̄ ad deum est erecta. Et quo ḡ oratio ē fm̄ dā. ascensus mentis in deū. oportet q̄ mens orando recto tramite tendat in deū. p̄pter qd̄ dñs docens nos orare dicens. Pater noster. adiūxit. qui es in celis. docēs nos p̄ hoc vt cū oramus mentes nostras a terrenis abducamus. et celestibus affigamus. vt dicit Ap̄yso. Et hoc remediū p̄byter ante p̄fationez canonis dicit. Sursum corda. et habetur de conse. di. j. quādo. ideo dicit Bern⁹. euz ad orandum ecclesiāz intraueris fluctuantū cogitationū tumultum exterius relinque curaz exterius penitus obliuiscere vt soli deo possis vacari. fieri enim nō potest vt cum deo aliq̄n loquatur qui euz toto mundo etiam tacens fabulatur. intēde illi qui intendit tibi. Audi illum loquentem tibi vt exaudiat te loquentē sibi. Qualiter autem a sordibus diuersarū cogitationum et vagationuz deputari debeat orātis intētio. docet pulchre Iohannes cassian⁹ in li. colla. patrum. colla. x. Isaac abbatis dicēs. vt ea puritate qua debet emitti possit oratio. hec sunt nobis penit⁹ obsequanda. p̄mo enī sollicitudo rerū est penitus abstinenda. secundo vt nullius negocij curam imo nec memoriā admittam⁹. tertio vt distractiones et vaniloquia et omnes scurrilitates simul amputem⁹. quarto ire et tristitie tribulatio siue turbatio est funditus ruenda. q̄nto vt vomitē carnalis cōcupiscentie a corde nostro radicitus euellamus. et ita q̄buslibet vitijs penitus absicis. iacenda sunt p̄mū fundamenta humilitatis que turrim illam p̄celsaz celos penetrantem feruorem. scz et deuotionē oratiōis valeat sustinere. deinde supponenda ē virtutū cōstructio. p̄ quā mens ab omni euagatione ire lubrica possit cohiberi. et ad contemplationez diuinam et excessus theozicos incipiat subli-

marī. Quicquid enī mens nostra ante orationē concepit necesse est vt nobis orantibus p recoz dationē occurrat. Quapropter quales volum⁹ in oratione inueniri tales nos añ orōnis temp⁹ preparare debemus. Tertia fiducia exauditiō nis datur ex rei petite salubri ratiōne. Qui enīz pro remissione peccatorū vel pro quacūq; cau salubri exaudiuntur. sicut patet de ninuītis q; bus minabatur dñs p Jonam pphetāz dicens post quadraginta dies ninuē sruertē. Quod illi audientes ad orationem se conuerterunt et exaudiri fuerūt. **Jonē. iij.** Ita susanna in sua tribulatione flens asperit in celūz et orauit et exau dita fuit. **Dan. xiiij.** Sed sunt pleriq; qui petunt quod est contra rationem salutis. et tunc deus pie nō exaudit. quia illicite petunt. et sic sunt in digni exaudiri. de illis dicit **Isa.** Multi orātes non exaudiuntur. prouidet enim deus meliora dare q̄ peterent. Sic dauid non fuit exauditus. **Naz** legitur. **ij.** **Reg. xij.** q̄ dñs percussit puerū quem dauid cum bersabee extra matrimonium peperit quod videns dauid deprecatus est do minum pro puero nec eum dominus exaudiuit licet valde deuote oraret ieiunando et se affligē do. quia protunc non erat dignus. vt eum exau diret propter peccatum adulterij et homicidij. Sic nec pueri in scholis qui ne vapulent deum orant exaudiuntur quia talis exauditiō nō eēt eis ad profectum. Sed etiam ecclesia non fre quenter exauditur petendo amotionem tribu lationum. quia pro quibus petit non sunt digni exaudiri. ideo dicit tota trinitas. pater et filius et spiritussanct⁹. **Ma. xxvj.** Misereamur impio et non discet iusticiam. quasi diceret non. **Unde sanctus Aug⁹.** sermone. **ij.** de oratione dicit. tri bus modis orationes impediuntur. Aut cū q̄s a deo petit quod sue saluti resistit. vel cum orat et ab iniquitate non cessat. aut in se delinquenti debita non relaxat. quod triplex malum dum a se vnusquisq; studiosius absterferit securius stu dio orationis incumbet. et ea que petit precib⁹ se impetrare libera mente confidet. **Unde legi tur in legenda sancti Seruacij episcopi** q̄ tem pore illo quo rumor erat hunos in galliā ven turos apud tungros beatus Seruacius opidū vigilijs et oratiōibus studuit. crebro lachryma rum fonte dei implorans misericordiā ne vnq̄ gentem hanc incredulam sibiq; semper idignā venire permitteret. Sed per spiritum sanctum sentiens peccata hominūz sue petitiōi repugnā tia. romam petijt. sperans patrocinio beatorūz apostolorū a deo exaudiri. veniens ergo ad limen bti Petri triduo se a cibo abstinuit. Quis misericordiam dei sedule deprecari non cessa ret. tale responsum a beato Petro fertur acce

pisse. Quid me vir sancte inquietas? ecce delibe ratione apud deum sanxitum est hunos in gal liam venturos. nullamq; vrbem illesam futurā excepta vrbe metensi reliquias sancti Stephā ni martyris Seruanti. Ecce q̄ petitiō sancti huius viri propter peccata populī non exaudi ta fuit. ideo debent homines vitam suam emen dare vt orationes ecclesie et bonorū possint eis subuenire.

In diebus Rogationum Sermo. j.

Petite et habi tur vobis. **Luc. xj.** Narrat Solin⁹ in li. de mirabili. mūdi. q̄ in India erat mons magnus et altus. et in illo erat fons de quo exibant riuuli aquarum ad irrigandam totam terram in circūitu. et si aliquando contin geret q̄ terra propter ariditatem aqua indige ret. habitatores vallium miserunt ad montem pulchram puellam que coram fonte cantaret. et fons talis erat virtutis q̄ statim ad vocem pu elle riuos suos abundanter emanaret. et tantūz terram q̄tum necesse erat irrigaret. Spūaliter mons iste significat celū. de quo dicit p̄s. **lxxij.** Mons dei mons pinguis. Et iterum mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Et in p̄s. **xxiij.** Quis inquit ascendit in montem domi ni aut quis stabit in loco sancto eius? Et sequit Innocens manibus. Iste mons celi magnus ē et altus. de eius magnitudine mirat Baruch. **iiij.** dicens. O israel q̄ magna est domus dei. et in gens locus possessionis eius. De ipsius altitu dine dicit dauid in p̄s. **xc.** Altissimū posuisti re fugium tuum. Et ab hoc monte alto ipse de⁹ so lus altissimus nominatur in p̄s. **lxxxij.** Tu sol⁹ altissimus super omnem terrā. Et **Eccl. xij.** Al tissimus odio habet peccatores. Et eodem ca. **xxvij.** Altissimus de terra creauit medicinam in hoc quidem monte erat ab eterno. et est et erit in perpetuum fons benedictus sancte et indiui due trinitatis. de quo scaturiunt riuuli spiritu alis vite et gratiarum continue exauditionis et indulgentiarum propter quod dauid loquēs de monte celi dicit in p̄s. **xxvj.** Apud te ē fons vite. aque istius fontis irrigant terram aridam cordis nostri et sine ea est anima nostra sicut ter ra arida. Iuxta illd p̄s. **cxlij.** Anima mea sicut terra sine aqua tibi. idcirco cum aqua gratiarū eius quotidie indigemus. et principaliter quā do pro totius ecclesie vtilitate et auersione pesti um. et conseruatione frugum. et datione pluuiarum postulamus. mittere debem⁹ ad hūc mon tem celi pulchram puellam. Per hanc intellige